



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De fraude ratione modi vendendi cap. 50.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

obnoxius. non currit eadem ratio
de emptore vineæ, sciente in ea
thesaurum absconditum, quia pla-
nities est, quæ venditur, & terra
superficies, non quæ in profundo
latent, ut S. Thom. 2. 2. q. 66. 1.
ad secundum.

*De fraude ratione modi venden-
di. Cap. 50.*

Fraus in modis vendendi, &
Femendi, tribus his sequenti-
bus coclusionibus manifesta-
tur. ^o Prima, Venditor, cum credito
vendit, potest exigere summum
pretium, quod non exigeret, si nu-
merata pecunia venderet, & licet
etiam emptori emere viliss. pretio
iusto, quando anticipata emu-
quæ me dio vel summo vendi po-
sent, extra tales anticipatio nem.
^o Secunda. Non licet ultra totum
iustum pretium rem vēdere, qua
credito venditur, nec licet emer-

infra pretium inimum, quia anticipata pecunia emitur. * Tertia, Res tanti vendi potest aut emi, quanti valet, aut valitura probabiliter creditur tempore, quo res ipsa traditur, in rebus autem quæ non nisi credito vendi possunt, ut sericum apud Florentinos, ac sericea, quæ in magna copia transmittuntur, precium à tempore solutionis pecuniarum exigi potest iuxta valorem, quem creduntur res illæ habituræ postea. Idem dicendum de lanis, & aliis mercibus, quæ non nisi anticipata solutione vendi & emiqueunt.

De duobus aliis dubiis in emptione & venditione. Cap. 51.

PRIMUM, An licet, quando res credito venditur intra iustum pretium, exigere lucrum cessans ratione pecuniarum creditarum. Respondeatur quod si vedor libere